



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sanctis Effraim [et] manasse. Cap[itulum]. xcviij.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

reis congregaret: et tempore future postmodum famis referuaret. Rex ergo miratus in ioseph somnū solutionem: et consilij discretionem commisit ei huiusmodi dispensationem: facies eum totius egypti ducem et principem cum esset annorum triginta. Primo igitur et fertilitatis anno venit ioseph ut congregaret frumenta in fines heliopoleos: id est damiate: et diuertit ad domum phuthipharis: qui ipsum emerat: et per dolum vxoris carcerauerat: qui princeps et sacerdos regionis Helioleos factus fuerat. Huius filiam asenem virginem dedit pharao ioseph in vxorem: ex qua nati sunt sibi duo filij Manasses et Effraim priusque anni fertilitatis venient. Transactis igitur annis vbertatis et grano collecto: venerunt anni inopie: et ceperunt: tam egyptiorum: quam aliarum prouinciarum populū cōcurrere ad ioseph pro frumentis emendis: unde et exinde infinitam pecuniam congregauit et in arcis regis reposuit. Inter hec uenerunt in egyptum de terra chanaan. et fratres ioseph: beniamin cum patre relicto: pro frumentis emendis: qui ad ioseph intrantes eum adorauerunt: quibus ille cognitis durius locutus est: dicens eos exploratores esse: eosque diebus aliquibus in vinculis mancipauit. Illi vero se excusantes omnem suam progeniem narrauerunt: et inter alia fratrem alium beniamin domi relictum se habere dixerunt. Quod ioseph audies symeonem detinuit: ceteros quoque cum cibis dimisit: iurans quod fratrem illorum nunquam dimitteret: nisi beniamin sibi adducerent: ut sic illos verum dixisse comprobaret. Qui rediētes omnia patri narrauerunt: et eum noua tristitia afflīxerunt. Consumptis ergo triticis de mandato patris iterum pro alijs emendis in egyptum descendunt: et quis dudum iacob recusante beniamin secum adducunt: uententesque ad ioseph eum adorauerunt: et beniamin sibi presentauerunt: et munera secum delata obtulerunt. Quos ille ad conuiuium inuitauit et symeonem eductum cum fratribus discumbere fecit. Factoque mane dispensatori suo mandauit: ut eis frumentum tribuatur: sciphumque sibi in sacco iunioris abscondat. Quod cum factum esset: et illi de ciuitate exissent: fecit eos insequi et teneri eo quod sciphum prius captis rapuissent. Quod dum negarent: et apertis sacco omnibus granum effusum esset: repertus est sciphus in sacco beniamin: illique omnes uincti ad ioseph reducti sunt. Eum autem eos ioseph de commissio furto duri increparet et solum beniamin uti culpabilem ceteris dimissis in seruum retinere uellet: iudas propius accedens: eidem cum lachrymis exposuit: qualiter puerum a patre in fide suam susceperat: et per puerum miam postularat: supplicans illi ad patrem remittendum: se loco pueri in seruitium detinendum. Ioseph ergo se amplius cohibere non ualens: alientis oibus extectis se cum lachrymis fratribus innotuit omnesque sibi cum ample-

ribus reconciliauit: datisque muneribus ad patrem remisit: eumque cum omni familia et facultatibus ad se deferendum mandauit. Qui festinater ad patrem redierunt: et sibi per ordinem cuncta rettulerunt. Audiens autem iacob quod ioseph filius eius uiueret: et totius terre egypti dominator esset: quasi de graui somno euigilas deum benedixit. Quibus diebus per uisionem confortauit. Qui mox surgens. anno famis cum uniuersa familia in egyptum descendit. Fueruntque anime. lxx. numero ipso et ioseph cum duobus eius filiis computatis. Pharao igitur benignissime iacob senem annorum. cxxx. suscepit et ab eodem benedicti uoluit: deditque et filiis suis terram gessen uberrimam ad habitandum. Sicque occasione ioseph iacob et filius eius omnibus bonis egypti locupletati sunt. Sepellitque ioseph patrem suum defunctum: ut supra dictum est in sepulchro patrum suorum in hebron. Erat autem ioseph annorum. cxxix. quando iacob in egyptum intrauit ubi et annis. lxxvii. superuixit. Sicque ioseph annos etatis sue. lvi. agebat decedere genitore. Quo mortuo superuixit annis. lxxv. et uixit filios effraim in tertiam generationem: filij quoque machir filij manasse nati sunt in genibus ioseph. Oblitusque omnium malorum que fecerant ei fratres sui mortuo patre eos benigne pertractauit: et possessionibus ditauit. Et ad extrema deueniens fratribus predixit: quod de eos uisitare: et ad terram pro qua patribus suis iurauit illos reduceret. Adiuuans eos: ut ossa sua tunc ex egypto transferret: et in paterno tumulo sepeliret. Dormiuitque est ioseph cum esset annorum. cxi. et conditus aromatis reseruatus est in loculo in egypto. Nec de libro geni. c. lxxvii. usque ad finem: et ex alijs voluminibus quibus supra.

De sanctis Effraim et manasse. Cap. lxxviii.

Effraim et manasses patriarche filij ioseph fuerunt: qui tribuum eius in duas subdivulserunt. Quorum primogenitus manasses anno. cxxii. etatis ioseph. ii. genitus non effraim anno. cxxv. eiusdem etatis natus est. Effraim autem minor manasse maior prelarus est: quod semel eius magis excreuit: et populi multitudine: et regni dignitate. Nam regno israel in duo diuiso: tribus effraim caput. et tribuum fuit cuius regni samaria in ipsa tribu posita ciuitas regalis multo tempore claruit: unde et cum iacob morti appropinquaret: ioseph filius suus manassem et effraim ad eum adduxit: ut antequam decederet filiis suis benedictionem daret. Applicans illos ad iacob manassem primogenitum posuit ad dexteram patris: effraim non minore ad sinistram: cupiens ut pater maioris dexteram: minoris non sinistram super caput poneret. Iacob non qui iam oculis caligauerat: nec luminibus corporis nepotes uidebat: spiritu tamen futura precidens manus cancellauit: et super caput effraim dexteram: super caput non manasse si-

nistram imposuit: eisq; bñdixit. Quod ioseph
molestie ferēs dexterā patris de capite effraim
leuare ⁊ sup caput manasse transferre nitebat.
Qui iacob respondit se scire quid faceret: nam
quīs manasses magnus futurus esset: ipm tñ
effraim ⁊ seminis multiplicacione ⁊ honoris di-
gnitate pcelleret. Qui post aui ⁊ patris exces-
sum in eorum semine mirabiliter excreuerunt:
⁊ cum ceteris patriarchis in egypto diem ex-
tremū cōcluserunt. Hec ex libro gen. ca. xlvij.
⁊ ex alijs voluminibus quibus supra disperm
coilecta conscripta sunt.

De sancto Gedasto epo.

Cap. xlv.



Gedastus eps attreba
ren. su
it. Qui a brō remigio Remen.
archiepiscopo eidem in epn
ordinatus: cum venisset ad por-
tum ipsi⁹ ciuitatis: ⁊ duos pau-
peres vnum cecum: ⁊ aliu clau-

dum ad elemosynam sedentes inuenisset: facta
oratione cecum illuminauit: ⁊ claudum erexit.
Eum autem in quadam ecclesia derelictavepri-
bus opera lupus habitaret: eidem mandauit:
vt inde discederet: nec illuc vterius redire pre-
sumeret: quod ⁊ factū est. Deniq; cū verbo ⁊
exemplo multos cōuertisset: quadragesimo sui
episcopatus anno vidit columnā igneā a celo
in eius domū descendētē. Finemq; suum post
modicū futurū esse cognouit. Et circa annum
dñi. cccccc. in pace requieuit. viij. idus februa-
rii. Cum autē corpus eius transferretur: ando-
marus quidem pze sento cecus dolens: q; cor-
pus sancti videre non poterat. Vos lumine re-
cepto corpus asperit: sed postmodum pensans
hoc forte non esse anime sue perutile ad votum
lumen amisit.

De sancto Amando epo.

c.



Amandus eps no-
bitibus parētib; ortus: mona-
sterium introiuit. Qui die qua-
dam maximū serpentē inuenit:
quē statim virtute crucis ad fo-

ueam inde nunq; exiturum ire coegit. Post hoc
dum romā venisset: ⁊ in ecclesia sc̄i petri apli p-
noctaret: custos ecclesie ipm irreuerēter foras
plicit. Qui postmodū añ fores dormitāt beat⁹
petrus apparuit: ⁊ ad gallias ipm redire man-
dauit. Qui cū ibidem regē godobertū de suis
crimīnibus diuinitus admonitus increparer:
rex ipm de regno suo eiecit. Cum autē rex filiū
non haberet: ⁊ amādu sibi oratiōe natū a dño
impetrasset. Disposuit rex: vt eū ab amādo ba-
ptizari faceret. Quēfiro igitur sancto ⁊ ad regē
adducto prostrat⁹ ad pedes eius rex ventā pe-
tī: ⁊ vt filiū suū quē precib⁹ sancti dñi sibi cō-
cessisse nouerat baptizaret: instantius postulas-
uit. Ille s̄o primam de ventā peritionem exau-

diuit: sed secularib⁹ negocijs implicari nolens
secundā recusauit. Tandem victus precib⁹ an-
nuisit voto regis. Et cum baptizaret infans ta-
centibus cunctis respondit amen. Post hec
ipm rex in traiecti. episcopiū sublimari fecit.
Abi cū verbum predicationis cōtemni videret
in vascōnā iuit. Et dum ibi predicaret: ⁊ quis-
dam iaculator ipm irrideret: continuo a demo-
ne arripitur: ⁊ proprijs dentibus se discerpēs:
q; viro dei in iurā fecerit confitetur: ⁊ tandem
miserabiliter moritur. Ibi etiam cecus quidā
aqua lorionis manū eius oculis perfusus illū
luminatur. Cum in quodam loco de voluntate
regis monasterium construere veller: ⁊ epi-
scopus proxime ciuitatis hoc egre ferret: misit
ad eum famulos suos: vt aut sanctum inde ex-
pellerent: aut dolose occiderent. Qui venētes
ei in dolo susserunt: vt eum pergeret: ⁊ sibi lo-
cum aptum ad monasterium construendū ostē-
derent. Qui malitia eorum per spiritum agnī-
ta: ad cacumen monti: cum eis accessit: vbi eū
occidere disponebant: eo q; ⁊ ipse martyrium
affectaret. Subitoq; tanta pluuia ⁊ tempesta-
te mons regitur: vt se mutuo videre non pos-
sent. Qui se mori putantes: prostrati ventā po-
stulabant: ⁊ vt eos viuos abire permitteret ex-
orabant. Ipseq; orationē fudit: ⁊ mox serenitas
illuxit: epiq; famulos amandos in pace di-
misit. Post que multa alia miracula faciens in
dño feliciter obdormiuit. viij. idus februarii:
circa annū dñi. cccccc. rpe heraclij ipatoris:

De sancta Dorothea virgine
⁊ martyre.

Cap. ci.



Dorothea

virgo ⁊ marty: apd
cesareā cappado-
cie passa est. Qui
cum due sorores christa ⁊ cas-
tista: que in tormentis terris
te fuerant apostatassent: tra-
dita est Dorothea virgo a iu-
dice duabus sororibus suis:
vt ipsius animū ad deorum sa-
crificia inclinarent. Quas diuino nutu sancta
virgo versa vice ad fidei veritatem reuocauit:
⁊ ad martyriū animauit. Qua de re ipse sc̄e am-
be in cuppā misse ⁊ in conspectu sororis incens-
se xpo animas tradiderunt. Dorothea s̄o in
catastam leuata ⁊ palmis diutissime cesa tandē
data sentētia ad decollandū ducta est. Que dū
ad passionem tenderet: scolasticus quidē no-
mine theophilus virginem irridendo: rogauit:
vt quā ad paradīsum sponsi sui pergere se dice-
rat: de ipso paradīso rosas sibi aliquas destina-
ret. Qd ⁊ illa sponōdit. Dū autē iugulo feriēda
foret: astitit ei iuuenis cernētib⁹ multis: qui et
dē in sinu suo tria mala ⁊ tres rosas p̄sentauit:
quas sibi de paradīso spōsi sui attulisse asseruit: